Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26511
Copyright: Admont, Benediktinerstift



corruerunt. interfectis gothis arrianis qui ibi fuerunt
cum gloriosa uictoria de multis ciuitatibus ad propria
redit. Conferamus fratres his que in hystoria legimus ue
teri. ea que in hystoria huius patroni nostri reuoluimus.
Illic namque scriptum est. Ydria farine non defecit. & le
citus olei non est minutus. donec dedit dominus pluuiam
super terram. iuxta uerbum domini quod locutus est in manu
helie. Et flascones uini non defecerunt usque quo domino
cooperante patratis uictoriis rex reuersus fuit ad pro
pria. iuxta uerbum domini quod locutus est in manu remigii.

Per idem tempus ab anastasio
imperatore codicellos ludowicus rex pro consulatu ac
cepit. Cum quibus codicellis etiam ipse anastasius
auream coronam cum gemmis. et tunicam blatteam misit. &
ab eo die consul & augustus est appellatus. Sed & hor
misda romane sedis pontifex sancto remigio antique
metropolis episcopo que tunc temporis habebat sub se. xii.
episcopos eisdem presidentes uices suas in regno ludowici
nuper cum integra gente ad fidem conuersi per sanctam
eius predicationem domino cooperante & sermonem confir